

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Historia Zaringo Badensis**

**Schöpflin, Johann Daniel**

**Carolsruhae, 1765**

CXCI.

[urn:nbn:de:bsz:31-295118](#)

## C X C I.


CHARTA COMITUM DE VERINGEN, QUA HEINRICO  
ET RUDOLFO FRATRIBUS DE HACHBERG JURA SUA IN  
VICO MALTERDINGEN VENDIDERUNT.

A N N O M C C X C V I I.

*Ex autographo Bada - Durlacensi.*

**N**otum sit omnibus presencium inspectotoribus tam presentibus quam futuris quod nos Hainricus comes de Veringen, Manigoldus, Wolfradus fratres de Veringen, & Wolfradus junior vendimus & tradimus uendidisse, & tradidisse nos presentibus confitemur honorabilibus dominis H. & Rvo. fratribus de Hachberg & omnibus heredibus suis omnes possessiones redditus seu omnia jura quas aut que habemus aut habere possumus in villa dicta Maltertingen pro LX. marcis puri argenti ad habendum tenendum, possidendum omni eo jure quo ipsas possessiones tenuimus & possedimus temporibus retroactis. Confitentes nos predicte peccunie summam plene & integraliter recepisse. Renunciamus etiam omni juri, actioni, petitioni & requisitioni nobis in dictis possessionibus contra predictos dominos; promittimus bona fide quod ipsos pro sepe dictis possessionibus nunquam inpetemus grauabimus nec molestabimus nec molestari procurabimus in judicio siue extra. Testes hujus uendicionis ac rei sunt subnotati; scilicet Anshalmus de

Justringen, Anshalmus filius suus. Eb. de Rosennowe, miles,  
 B. dictus de Liebenstain. C. de Gruningen. B. scriptor de Mel-  
 chingen & ceteris fide dignis. In cuius rei testimonium nos predicti  
 H. Manigol. & Wol: comites ac fratres de Veringen presentem ce-  
 dulam munimine nostrorum sigillorum uolumus reborare. Datum  
 Rudelingen Anno Domini M°. CC°. LXXXVII°. feria tercia ante  
 festum Walpurgis.



## CXCII.

ALBERTUS REX ROMANORUM EGONI COMITI  
 FRIBURGENSI OPPIGNERAT CASTRUM MALBERG,  
 MILLE MARCIS ARGENTI REDIMENDUM.

A N N O   M C C X C V I I I .

*Ex autographo Bada-Durlacensi.*

Nos ALBERTUS Dei gratia Romanorum Rex, semper Augustus  
 significamus presentium inspectoribus universis, quod nos devo-  
 tionis puritatem & fidei constantiam spectabilis viri Egnonis Comitis de  
 Vreiburch fidelis nostri dilecti benignius intuentes sibi propter sua grata  
 & fidelia que nobis impendit servitia & impendere poterit in futurum,  
 Castrum *Malberch*, cum bonis, villis, juribus, hominibus & aliis suis  
 pertinentiis universis pro mille marcis argenti, Argentinensis ponderis